

Heinrich Rudolph Redecker

**Heinricus Rudolphus Redeker/ D. P. P. & Facult. Iurid. p.t. Decanus. Ad cohonestandas Exequias Quas Viro ... Dn. Christiano Klein/ I.U.D. & in Academia Rostochiensi P. P. dignissimo. Mater, Vidua, ac Liberi moestissimi Hodie hora 1. parabunt. Omnes ordinum cives Academicos sedulo & officiose invitat : [Dabam ex Museo sub Sigillo Faecult. Iurid. 21. April. Anno 1664.]**

Rostochii: Kilius, [1664]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771254822>

Druck    Freier  Zugang



Jn C. Klein.

R. 1664.







HEINRICUS RUDOLPHUS

Redeker / D. P. P. & Facult. Jurid.

p. t. Decanus.

Adco honestandas Exequias

Quas

Viro Nobiliss. Ampliss. & Consultissimo

DN. CHRISTIANO

Gleitt/

J. U. D. & in Academiâ Rosto-  
chiensi P. P. dignissimo.

Mater, Vidua, ac Liberi  
mœstissimi

Hodie hora I. parabunt.]



ordinum cives Academicos  
edulo & officiose invitati.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typr.

HEINRICUS RUDOLPHIUS

XVII. D. 16. Febr. 1619.

Decimus

Septembris

Decimocuartus

Septembris

Decimus



I in votis situm esset, vel rerum humanarum conditio permitteret, revocare vel redire in vitam mortuos, omnes boni & qui communione humanitatis affectu moventur, inter calidissima vota mecum uti spero referrent, ut ad vitam, quam die XVI hujus mensis, placide quidem sed immature nec sine magno suorum & Reipublicae Literariæ danno defunctus est VIR AMPLISSIMUS ET CONSULTISSIMUS DOMINUS CHRISTIANUS REICHEN/ J. U. D. CELEBERRIMUS PROFESSOR: PUBL: amicus & collega noster amansissimus juxta & desideratissimus defunctus est, revocaretur & suis nobisque omnibus redderetur. Sed quia mortales miseri ealegatatos nos esse novimus, ut moriamur, quippe cum præcipuum mortalitatis solatium sit, moriendi necessitas; frustra voluntati divinae, nos ocyus vel serius ex vita hujus æternis evocantis, obnitionem, cum omnis evitandi, revocandi aut redeundi spes decollet. Funus triste satis & luctuosum nomine AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ indicere vobis, suadente officii ratione & amoris vinculo, quo mihi junctus fuit, collacrimans cogor, quando ad ejus exequias vos compello, cui vitam & omnem vitam prosperitatem ex animo optavi. Exemplum enim miseriae humanæ & inconstantis vitae vobis sisto, quod omnes illos, qui vanitatem illorum, quæ sub sole fiunt, uti Christianos decet, contemplantur, eo verit, ut ex animo condoleant. Amisit Academia Rostockiensis clarissimum sui corporis membrum: vix enim semestre temporis spatium excurrit, cum omnes & singuli qui bonis favere solent & studiis

diis bene velle, sibi gratularentur, quando pie defunctus optimi Professoris munus ex Amplissimi Senatus Urbici suffragio subivit: Il-  
lam enim promeriti honoris spartam, non cœco favore aut con-  
sueto potius quam licto ambitionis ausu, sed perspecta virtute &  
indubitate Juris scientia ex communi Dominorum Professorum  
voto obtinuit. Sed uti vita & felicitas humana fluminis instar est,  
& eadem celeritate ad mare mortis currit, ita vix gaudium illud  
concepit, quin profuentis instar doleat sublatum ex oculis. Am-  
plissima Facultas Juridica morte Viri Amplissimi & Excellentissimi  
Domini HENRICI RHANI, JCTi & Prof: famigeratissimi, amici  
nostrum cum viveret certissimi, contristata, in spem restituti damni  
erigebatur, cum videret VIRUM antiqua virtute & fide in ejus lo-  
cum suffectum iri, quem per gloriam adhuc vivere credebat: sed  
spes illa simulac cœpit iterum defecit. Cupida legum ju-  
ventus in sinu quasi gaudebat, cum audiret Virum excellen-  
tibus animi dotibus ornatum suis præfici studiis, quibus excolen-  
dis nunquam non indefessam præstit operam, veramenizvero  
uti rerum humanarum moderator, nullam felicitatem inter  
homines sinit sinceram & omnibus numeris perpetuo per-  
fectam, ita conculcatam in herba spem jure queritur. Mater  
incessissima justissimis lacrymis filii suavissimi juxta ac morigeri fu-  
nus deplorat, cum eum jam imminantis senecte solatum crede-  
bat, cui inverso mortalitatis ordine debet exequias celebrare & ul-  
timum amoris officium præstare. Fratres & Soror, quos inter  
indissoluble amoris & concordie vinculum, raro corrupti ævi  
exemplo, semper fuit, lugent surreptum ex oculis, sua familie  
decus & ornamentum. Vidua continuis gemitibus & planctu  
defatigata, calidissimis lacrymis maritum plum ac sollicitum  
doler. Quoties enim intuetur carissima castissimi thorpiigno-  
ra, in primo ætatis curriculo patre orbata, in amplissimos dissolvi-  
tur planctus, cum nella major calamitas esse aut cogitari saltim  
possit, quam cum violentia mortis, conjuges infucato amore juga-  
tos, immitti vulnere solvit. Vidua inter miserabiles personas refe-

runtur

runtur, quia omnium exagitationibus quasi expositæ, bonorum commiserationem & præsidium merentur. Liger ergo hæc vidua virum quem unice amavit, cuius opem speravit, cuiusve auxilio hactenus suffulta, sape indigebit.

Et quos primo loco jure recentere debuistem liberi tenerimi, qui omnes facile in sui commiserationem rapiunt, una cum patre sunt dolendi, cum pondo sue calamitatis & infortunii nondum capiant, tunc tamen primum intellecturi, cum patris ope maxime destituti erunt. Deus ipsis ex alto respiciat, ipsisque Patres constituant & gratia sue umbris tegat ut in timore DOMINI crescant.

Si itaque pie defuncti singularem eruditionem, raram modestiam, stupendam diligentiam, morum gravitatem & innocentiam, virtutem longioris utilitatem spectemus, certe Nestorios annos vivere dignus erat, quos ipsi, suis, & bono publico, nullus, nisi qui omnem probitatem ac pudorem ejeravit, potuisse invidere. Sed Deus carum illud terræ depositum, in spem Patriæ duntaxat datum, præmature repetit & humano generi patriæque invisit. Si annos spectemus, vix dimidium ætatis curriculum absolvit, qui in virili ætate & cum vivere inciperet, defecit, charus Deo Creatori suo fuit, ergo in ipsa æxpiñ & vigore cum vindicavit, & ad portum æternæ felicitatis & securitatis revocavit, quem nobis tantum precario concessit. Natus autem est in florentissima hac olim civitate die 23. Oct. Anno 1628. Patrem habuit Virum Spectatissimum Dominum HANS Klein / civem bonum & integræ existimationis, Matrem autem foemina singularis probitatis exemplo conspicuam ANNAM Grefers / quæ mortalem se genuisse quidem intelligit, sed ante diem mortuum, acerbe luget. Avus Paternus ipsi fuit Vir probatissimus Dominus HANS Klein / civis itidem Rostochiensis integerimus. Avia Paterna ornatissima foemina MAGDALENA Verends. Avum Maternum laudat Virum Optimū Dominum DAVID Grefers / civem hujus Urbis vitæ ac famæ integrum, Aviam Maternam foemnam virtutibus sui sexus claram CATHARINAM Peters. Optimi Parentes filii hujus nativitate exhilarati, cum per Sacrosanctum

baptisma

baptisma regeneratum, Dei suæque curæ paternæ devote ac sollicitate commiserunt, & cum vix primam ætatem, quam infantiam vocare solemus, absolvisset, eum trivialis scholæ Præceptoribus studiendum sedulo commendarunt, ut tyrocinia linguarum & artium addisceret. In qua, crescente ætate tam felices progressus fecit ut Anno 1647. cum annum ætatis decimum nonum ageret, idoneus judicaretur qui cū fructu in scholas Regias mitteretur. Quare 19. Maii dicti anni Regio Montuna se suauè & consilio suorum contulit, in qua Universitate ad trienniū substitut, non ut numerus esset & fruges cum ætate, quæ in Academis aurea est, consumeret, sed ut revocatus ad suos, rationem vitæ, studiorum & expensarum probe daret. Reversus itaque Anno 1650 in hanc Academiam Patriam, studiorum amore & stuans, Jurisprudentiæ præprimis animum applicuit. Ne autem in latifundio juris erroris instar oberraret, aut per flexus & mæandros se circumduci pateretur Excellentissimorum Døminorum Professorum ope & consilio provide est usus. Postquam enim favores Dn. D. HENRICI RHANII, p. m. Dn. D. HERMANNI LEMKENII, & Dn. D. JACOBI-SEBASTIANI Lauremberg / Jctorum Nobilissimorum & Professorum celeberrimorum, collegarumque nostrorum conjunctissimorum, facile impetrasset, sibique illorum amorem conciliasset, sub horum præsidio egregios in jure fecit progressus. Cumque per triennium hic indefesso studio jurisprudentiæ operam dedisset, Disputationem de DOMINIO ejusque acquirendi modis, docte conscriptam, sub Præsidio Viri Amplissimi & Consultissimi Dni. CONRADI SCHUCKMANNI, J. U. D. Clarissimi p. m. tam dextrè in Auditorio Majori defendit, ut omnium applausum mereretur, spemque indubiam faceret, cathedram illam scholasticam sibi aliquando concreditam iri. Academiam Patriam cum Anno 1653. bona cum gratia reliquisset, & Illustriores Germaniæ Academias aliasque florentissimas Urbes perlustrasset, in Argentoratensem Academiam felici cursu dilapsus, studiorum suorū sedem ibi fixit, & præprimis Excellentissimorū Dn. Professorū Ic. TABORIS, BICCI, REBHANII & GAMBSII, Jctorum famigeratissimorum & amicorum nostrorum venerand: stupenda e-

ruditio-

tuditione & in erudienda juventute assidua felicitate affectus, egregium in scientia Juris emolumentum sensit. Dein visis aliis Academias, in Bataviam commigravit, ibique Clarissimorum virorum familiaritatem per aliquod temporis spatium usus, in Angliam tandem traxit, & partim Londini, apud clarissimum patrum, regium quondam pictorem artificiofissimum, partim autem in Oxoniensi Academia sesquiannum & quod excurrit, non sine insigni studiorum incremento transegit, praeceps cum in Clarissimi Dni. RICHARDI ZOUCHERI J.U.D. & Profess. celebratissimi notitiam penitus esset admissus. Tandem patriæ memor illâ suarum fortunarum futurum domiciliū elegit, cum sciret primam eruditionis partem illam sibi jure vendicare, nec honestissimum ejus propositum optimus rerum eventus destituit. Postquam enim Amplissimæ Facultati Juridicæ, pro reportando laboris & virtutis brabecio, se submisisset, talem se probavit, ut mereretur potius quam petere honores, videretur. Quare Disputationem de Concurso Actionum accurate conscriptam, non tantum publice proposuit, sed etiam tam dextre defendit, ut magnam iudee reportaret laudem, & publicum promeriti honoris testimonium. Anno itaque 1657. gradum Doctoris cum summo bonorum applausu & congratulatione obtinuit. Eodem anno singulari divini numinis providentia, honesto amore flagrans, sibi conjugalis foederis sociam quæsivit nec difficulter invenit. Uti enim inter primas hujus urbis virgines se obtulit Virgo pudicissima omnibusque animi & corporis ornamenti decoratissima ANNA, Viri spectatissimi Dni. CLAUS Schmid / Praefecti Templi Divæ Mariæ lacri fidelissimi & feminæ honoratissimæ ANNÆ Westphallæ filia, cuius amores cum honeste impetrassit, eam castissimo nuptiarum vinculo sibi junxit. Nec fuit matrimonium illud sine divina benedictione, uti enim fide & amore conjugali, tanquam indissolubili animorum nexu, concordes vixerunt, ita unum filium & tres filias adhuc superstites & optimis naturæ doribus ornatas, ex illa procreavit, quibus solatium & divinam protectionem curamve a Deo qui orphanorum pater est, devote appreciamur. Interim sollicitus fuit Amplissimus Urbis Senatus, solliciti etiam fuere omnes boni, ut Virum tanta e-

ruditio-

ruditionis & tantarum virtutum in Patria promoverent, cumque  
antea nominatus Dn. Doctor RAHNUS P. P. ante annum ex  
hac vita discessisset, & Serenissimus Princeps ac Dominus Dominus  
**CHRISTIANUS**, Dux Mechlenb. Princeps Vandalorum, Suerini  
ac Razeburgi, terrarum Rostochii & Stargardiae Dynasta, Cancella-  
rius Academiz Magnificentissimus & Patronus munificentissimus,  
Dominus meus Clementissimus, me in ejus locum surrogasset, Spe-  
cetabilis hujus Urbis Senatus pie defunctum nostrum Dominum Do-  
ctorem Klein / in meum locum præterito anno substituit. Cumq;  
ille sibi non tam gratularetur de indepto honoris officio, quam A-  
cademia, Facultas Juridica & omnes boni, qui ex meritis delatum  
officium repurabaat, noluit Deus qui omnium rerum moderator est  
& arbiter illud gaudium esse perfectum, verum uti letat tristibus sem-  
per temperat, ita ante aliquod septimanæ gravissimo morbo corre-  
ptus est, nec Medicorū sollicita cura, nec suorum continuos, ge-  
mitus, planctus, amplexus & officia, nec bonorum omnium vota &  
preces, Virum in Spem Patriæ natum & educatum, potuerunt ex  
faucibus mortis eveltere. Quare 16. hujus placide obdormivit & ex  
hoc miseriatur valle ad æternam beatitudinem, ubi nullus dolor  
aut ær umna, nullus morbus, cruciatus, aut mortis merus, migravit,  
Deus solamen sit ac tutissimum præsidium Mæstissimæ viduæ, libe-  
ris, Matri, fratribus & sorori. Qoniam autem hodiernus dies, ex-  
equiis Clarissimi hujus Viri celebrandis dictus est, meo & Amplissi-  
mæ Facultatis Juridicæ nomine, omnes literatos & qui literatis &  
principue Facultati bene cupiunt, aut communi humanitatis senti-  
tantur ducuntur, officiose & observanter rogo, uti frequenti  
præsentia ultimū ipsi honorem haud gravatim præbere ve-  
lint, quinnullum honestatis officium ulli  
unquam denegavit.

Dabam ex Museo sub Sigillo Faecult. Jurid.

21. Apr. Anno 1664.











eruditione & in erudienda juventute assidua felicitate affectus, um in scientia Juris emolumentum sensit. Dein visis aliis Aciis, in Bataviam commigravit, ibique Clarissimorum virorum aritare per aliquod temporis spatium usus, in Angliam tanderat, & partim Londini, apud clarissimum patrum, regium quod pectorum artificiosissimum, partim autem in Oxoniensi Academiā annū & quod excurrit, nō sine insigni studiorū incremento trahere præcipue cum in Clarissimi Dni. RICHARDI ZOUCHÉI J. Profess. celebratissimi notitiam penitus esset admissus. Tandem tria memor illā suarum fortunarum futurum domiciliū elegit, sciret primam eruditionis partem illam sibi jure vendicare, non nestissimum ejus propositum optimus rerum eventus destinxerat, quam enim Amplissima Facultati Juridicæ, pro reportando & virtutis brabeo, se submisisset, talem se probavit, ut potius quam petere honores, videretur. Quare Disputatio de Concurso Actionum accurate conscriptam, non tantum proposuit, sed etiam tam dextrè defendit, ut magnam indebet laudem, & publicum promeriti honoris testimonium. itaque 1657. gradum Doctoris cum summo bonorum approbatu congratulatione obtinuit. Eodem anno singulari divinitatis providentia, honesto amore flagrans, sibi conjugalis fœderis quæsivit nec difficulter invenit. Ut enim inter primas habens virgines se obtulit Virgo pudicissima omnibusque a corporis ornamentis decoratissima ANNA, Viri spectatissimi CLAUS Schmied / Præfecti Templi Divæ Mariæ Sacri fidelis fœminæ honoratissimæ ANNÆ Westphallæ filia, mores cum honeste impearasler, eam castissimo nuptiarum sibi junxit. Nec fuit matrimonium illud sine divina benedictione, ut enim fide & amore conjugali, tanquam indissolubili animi nexu, concordes vixerunt, ita unum filium & tres filias adhuc nates & optimis naturæ doribus ornatæ, ex illa procreavit solatium & divinam protectionem curamve a Deo qui orphus pater est, devote apprecamur. Interim sollicitus fuit Ampelius Urbis Senatus, solliciti etiam fuere omnes boni, ut Virum

